



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 6. Sagæ in feles versæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

476 Cap. XIV. An, & quomodo diabolus  
auidè manus immersit, & hausto vnguine  
corporis sui membra perficuit ) Iamq; al-  
ternis conatibus libratis brachijs, in anem simi-  
lem gestiebam. Nec ulla plumula, nec usquā  
pinnulae; sed planè pili mei crassantur in setas,  
& cutis tenella duratur in corium; & in exti-  
mis palmulis, perditō numero, toti digiti co-  
guntur in singulas ungulas; & de spina mea  
termino grandis canda procedit. Iam facies  
enormis, & os prolixum, & nares hiantes,  
& labia pendula. Sic & aures immodicis hor-  
ripilant auctibus. Ac, dum salutis inopia cun-  
cta corporis mei considero, non auem me, sed  
asinum video. Hæc Lucius ex Luciano. Nam  
vterque asinus fuit; dum vterq; ex Thessa-  
lia Arcadiam fecit.

§. VII.

Sage in feles versa.

Quod ne Milesijs fabulis ascribatur,  
idem narrant de Badulo rege Anglorum  
Vide Gal- annales; qui & tradunt Ambrosij Mer-  
fridum & lini incantamentis Vterium regem in Gor-  
Virun- loidis Cornubiæ ducis speciem transfor-  
mum, vt Igernæ vxoris eius toro poti-  
erum. retur: vnde aiunt Arturum & Annam ge-  
nitos. Apud Palladium in vita Macarij,  
mulier in equam versa circumiuit. *Huius  
eriana*

Vide Gal-  
fridum &  
Virun-  
mum.

eriam apparentis conuersionis strigum in cat-  
tos, ait Bartholomaeus Spineus, testis alius  
in hac eadem civitate Ferrarie Philippus no-  
mine, artificio cerdo, sub iudicali iuramento  
mihi afferuit, hoc anno: Strigem quandam  
ante tres menses ei imposuisse, ne prohiberet ve-  
nire circa puerum (a se forte strigatum) quem  
curandum assumerat; si quos blandientes &  
alludentes videret cattos. Eadem igitur die,  
dum discessisset illa, viderunt post horam ipse  
& uxor suu cattum magnum, & hactenus ab  
eis inuisum, qui ad puerum accedebat concito  
gradu. Quem cum ex timore parentes sapienter  
abegissent, postremo contra venientis vexatio-  
nem ad impatientiam exarserunt: clausoq;  
ostio vir ille grauiissime cattus, hinc inde fu-  
gientem diutius, hasta percussit, & demum  
ex alta fenestra se iactare compulit, ut toto col-  
lis videretur corpore cattus. Ex tunc autem  
strix illa vetula toto constricta corpore, per plus  
rimos dies lecto decubuit, quo factum est ut  
leuis quam prius habebant, suspicio, quod stri-  
ga esset, & puerum suum, qui hac infirmitate  
strigatus grauiissime laborabat, ipsa striga es-  
set, in vehementem transiit, immo & violen-  
tam. Etenim percusiones & plague, que in-  
cuto infixa sunt, in illa vetula sunt inuenta,

quondam

Barthol.  
Spin. q.  
de strigis.  
bus c. 16.

quoad morborum correspondentia. Hæc ille, Simile memini me audire ab eo, qui id accepit ab ipso cui contigit, hac nostra ætate. Monachij honestus ciuis quidam, nocte, vxore sua adhuc ad colum sedente, cubitum se receperat. Vix lectum intravit, cùm felis secuta eodem insilijs: & principio ad pedes illius quietè iacuit. Hanc ubi contemtim omisit repellere, paullatim creuit, sensimq; ita se extendit, vt illi par esset; ac mox è fele mulier fieret. Ibi homo exterritus vtraq; manu humanam bestiam arripit, & cum clamore exiliens eam iterum in felem mutatam ad vxorem suam exportat, cultroq; petito, aures illi ambas vult amputare. Ne id faceret, vxor (rei gnara an ignara, haud dixerim) rogando obstitit, satisq; esse dixit, si per fenestrā in plateas spargeretur, simulq; fenestram reseravit. Erat inde altitudo satis magna, & tamen felis sine damno cecidit: quæ quām primūm terram attigit, in mulierē rursus mutata clarissimo cachinno proiectori gratias egit, quòd se auritam dimisisset. Ille, vt tantò manifestius sciret, quam illa nocte iacturam fecisset, habuit altero die obuiam in platea notam sibi anum,

anum, quæ subsistens, eo transeunte, atque cum risu in eum respectans, in morem nocturnæ felis, *Meau, Meau* clamauit. Ambiguus diu fuit virille, an non vetulæ nomen magistratui obijcere deberet: sed timuit, ne illa negante, ipse affirmans lit. tus, quod dicitur, araret, & non crederetur, quod non legitimè probaretur. Potuisse lupum auribus tenere, si aures illi abscidisset. Fecisset enim ex aurito teste oculatum, si aures ad consulem detulisset.

## §. VII.

*Sage foras veda, sub alieno schemate vulnerata.*

Hoc pacto illa deprehensa est, quæ An.

1587. capta est Caleti, ubi ad pontem Nuclei duo Walonum signa, præsidio posita, limitem contra Bolonienses, tum hostes, tuebantur. Sub vesperam, sudo cælo, Pro-  
cubidores duo conspicerant subnigram  
nubem supra capita sua transvolantem.  
Eam dum contemplantur, confusas ma-  
gnæ multitudinis voces sibi videbantur  
audire, nullum tamen hominem poterant  
conspicere. Tum alter audacior, quid hoc  
rei est, inquit, satin' securi? Si videtur li-  
brabo arcubuziam in nubem, & experian-  
quid

Martin.

Del. 31. §.  
mag. disq.  
sect. 3.